



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Protestatio Avtoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

PROTESTATIO AVTORIS

Lector, adverte in Elogijs Virorum Illustrum quos hoc libro complexus sum nonnulla me obiter attingere quae sanctitatem ipsis videantur adscribere: perfringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quae cum vires humanas superent, miracula videri possunt: praefagia futurorum, arcanorum manifestationes, reuelationes, illustrationes, & si quae sunt alia huiusmodi. beneficia item in miseris mortales eorum intercessionem collata diuinitus; demum nonnullis sanctimoniam, vel Martyrij videor appellacionem tribuere. Verum haec omnia ita meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata; sed tanquam, quae a sola suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam historiam. Proinde Apostolicum S. Congreg. S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum Anno 1625, editum, & anno 1634, confirmatum integrè, atque inuiolatè, iuxta declarationem eiusdem Decreti a SS. D. N. VRBANO Papa VIII. anno 1631. factam seruari a me omnes intelligant: nec vel de me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinio- nem, sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere; nec quicquam eius exultationi adungere, nullumque gra- dum facere ad futuram aliquando vllius Beatificatio- nem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobatio- nem; sed omnia in eo statu à me relinquo, quem seclusa hac mea lucubratione obtinere, non obstante quocun- que longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profi- teor, quam decet eum, qui Sanctae Sedis Apostolicae obe- dientissimus haberi filius cepit, & ab ea in omni sua- scriptione, & actione dirigi.

Ego Ioannes Nadasi Soc. IESV.

Ad Mai. Dei. Depar. Virginis. S. P. Ignatij.
 Xaverij, & omnium sanctorum gloriam
 ac vltimam salutem nostram solam
 inuocamus.